

In quibus expositionis diebus fragrantia odore miraculose replebatur Ecclesia: ex hoc sacro item ligno, atque ex ejus nodis preciosissimus liquor emanabat, quo infirmates variae curabantur. Baron. ann. 633. De quo D. Gregorius mentionem facit, dicit Leontius in epist. 34. lib. 7. de tali dono gratias agit, quem liquorem Oleum Crucis vocat. Idem testatur Beda epist. de loc. sanct. c. 10. Idemque Graci præter scutum Crucis Septembri, aliud habent ad Kalendas Aug. quod his verbis in Menologio notatur: [Primo die progressio venerandorum lignorum pretiosæ, & vivificæ Crucis.] Item in Dominica Quadragesimæ alias solemnissimam Crucis adorationem celebrant, tum ex ratione in Triodio ad ducta, ut, nimirum, fideles ab incepto jejuniis jam lassis, & defessi in visione illius preciosæ reliquie, ad illud prosequendum confortentur, tum etiam ut D. Chrysostomus inquit: [Quemadmodum in solitudine illi, qui vulnerati erant, aspergente serpente à morte liberabantur; sic & aunc illi, qui medium jejuniis cursum consecravit, hujus contactu, serpentem, qui animo certatur, occidunt, idemque immortalitatem consequuntur. Homil. de venerac. Crucis.] Hierosolymis tamen in anno in eminenti loco per Epicopi manus exponebatur, quod I. genit., id est, saerarium dicebatur. Erant prædictæ expositiones in eadem Dominica tertia, in die Paschæ, & in festo Exaltationis, in quo die Antiochiz manus Praecursoris Christi ostendebatur, ut in dict. Agniferus dictum fuit. Vetus mos Ecclesiæ est in principio Canonis Missæ Crucem efformare. Gem. lib. 2. cap. 103. Quin & primam ejusdem Canonis literam T. Crucem præfigurare Innocentius III. lib. 3. cap. 3. notavit. Sic etiam Ecclesiæ tum graciam, tum latinam à tempore S. Marci Papæ in sacris vestibus efformare confuevit referat Baron. an. 336. Sequitur hodie latino ritu in amictu, manipulo, stola, & casula; sed hac ultima raro hodie, quæ tamen, quando eis induitur, & exiit sacerdos, debet osculari, atque Crux idem se figuari debet ante impositionem amictus, quod signum antiquitus ter agebatur, Sever. Alex. de ord. oblat. non verò cum amictu in manu, quod est quorundam abusus. Circa signi Crucis munitionem in nos ipsos faciendam, latino ritu formatur manu dextra aperta à fronte ad pectus, deinde à latu brachio ad dextrum in signum, quod à misericordiæ felicitatem transiit; sed Innocentius III. alium modum docet, nempe, à parte dextra ad sinistram, ad significandum prædicationis Salvatoris ab Hebreis ad Gentiles transiit; sic autem tribus digitis dextra manus unitis, quod Trinitatis est symbolum; id signanter observant Graci, & Cæthuliani; in horum enim statutis cap. 14. hæc habentur: [Quoties autem signum Crucis facimus super nos, five altos, tribus digitis dextræ manus, scilicet, pollice, indice, & medio extensis, & simul junctis, reliquis duabus digitis contractis illud facimus.] Sed Graci

ci in benedictionibus anularem digitum cum pollice conjungunt, hoc pacto.



Quod A. &c. n. significare afferunt; quicquidem eo ordine, quo Innocentius supradicatus se signant, nempe, à dextra ad sinistram; sicut enim nos ad sinistram prius dicere solemus, Spiritus, & ad dextram Sancti; Graci verò ad dexteram quam præsignant, proferunt, Sancti, ad sinistram Spiritus. De Crucis signo in benedictionibus. Vide *Benedictio*. *Commemoratio Crucis*, quæ fit in officio. Vide *Commemoratio. Collecta*. Reliquia ad Crucem pertinentia. Vide *Inventio Sanctæ Crucis*, *Labarum*, *Stauracius*. [Crux Christi salva me &c.] in qua mixta sunt aliqua superstitionis verba. Vide *Ensalmar*.

C R U X A N S A T A, in Hieroglyphicorum erat, de qua Bothus, lib. 5. triumphans Crucis, & Athan. Kirker. in ejus Hieroglyphicis, & Baron. an. 389. n. 99. & an. 395. num. 9.

C R U X C O M M I S S A, erat ligatum transversum breve super aliud perpendiculariter impositum hoc T. modo.

C R U X D E C U S S A T A, formabatur ex duobus æqualibus lignis obliquis, hac X. forma; de qua egimus in dict. *Crux*.

C R U X I M M I S S A, erat formata ex duobus lignis; transversale tamen erat brevius, ac super eminētiam ponebatur, quæ est ordinaria Crucis forma; nam ejusdem figuræ fuit Christi Crux.

C R U X P A C T O R A L I S. Vide *Encolpium*.

C R U X C O N T E N D R E B. FR. erat particularis modulus se purgandi à calunnia, seu perjurio, lide furtu, &c. sanctum. Qualiter quis se defendere debet.

C R U C I S H E B D O M A D A. Sic apud Theutonicos Rogationum hebdomada appellatur.

C R U C I S I N I M I C A S, quosdam hæreticos appellavit Apostolus ad Philippenses scribens, cap. 3. & ut